

- 173 *patron. dec. 156. a. n. 58. cum seqq.* & pluribus aliis Doctores diximus infra c. seqq. Et est ratio, quia presentatus debet prius examinari ab ordinario, antequam instituat, ad finem videndi, si est idoneus, secundum Panor. in c. pastor. n. 7. de jur. patron. Anchar. in c. jur. capti. n. 2. de prebend. in 6. Bebut. q. 10. n. 15. Riccius ubi proxime nu. 6. quando autem presentatio facta de absente futineatur, vide latissime per Nicol. Garc. de benef. 4. p. c. 1. a. n. 15. cum seqq.
- 174 Qui n. 6. ex hoc infert quod aliter facta presentatio, quam modo predicto, ultra quod erit nulla, patrono etiam currit tempus, Innoc. in c. in Lateran. in ult. nor. de preben. Monal. conf. 149. n. 3. & seqq. vol. h. Rub. Alex. conf. 93. & hæc opinio scilicet, quod presentatio fieri debeat personaliter, corroboratur ex decreto Trident. sess. 24. c. 18. de reform. & 25. c. 9. quoniam modo sustineatur praxis hodierna, quod admittitur absens presentatus a patrono, & quando, vide, quod latius explicat Nicol. Garcia ubi proxime.
- 175 Et ob hanc doctrinam presentatio facta de clerico absente erit nulla, ut tenet Ricc. ubi supra, & iterum in dec. 158. per totam, vide tamen Nicol. Garciam locis proxime citatis.
- 176 Unum tandem te adverte, quod non omnia contenta in d. c. 18. sess. 24. de reform. disponente circa provisionem Parochialium, dantque formam servandam cum decreto irritante formam inducere, ita ut si non 177a libeant annullare provisionem, ut videre est in deputacione vicarii, seu œconomi ad vacantem Parochialem secundum latè tradita per Garciam de benef. p. 9. c. 2. n. 19. & 20. & quod de edicto cum majori termino appoſito (de quo nos supra & per eundem ibi num. 46.) item quod eligatur magis dignus, licet ipse omittatur, non peccat in forma, & sic nullam non reddi provisionem, cum sit ei per remedium appellationis à mota proprio Pii V. in conferendis provisum, probat latè ipse Garcia ibi n. 235. cum seqq.
- 178 Nunc de nullitatibus, quæ accidunt in provisione simpliciorum beneficiorum, tractemus, ex quibus facile colligetur, quando appellationi sit omnino deferendum; & in primis dico; quod in beneficiis quæ sunt non liberæ collationis, sed juris patronatus, five simplicis, five curata, & edicta præcisè & necessarîo debent precedere institutionem faciendam, alias ipsa nulla redditur ipso jure juxta text. in c. si de electio. lib. 6. qui procedit etiam in institutione, ut post Doctores ibi tenent Lap. alleg. 8. n. 4. & ejus addit Mandol. liter. V. Kochus de Curt. de jur. patro. verb. honorificum, q. 2. n. 4. & q. 38. n. 69. Lambert. communem dicens 2. p. 2. l. 9. 6. v. 1. 2. 4. 12. & 16. Hier. Gabriel. conf. 199. n. 2. lib. 1. Flores de Men. q. 3. n. 55. Aymon. conf. 63. n. 2. Perez de Lar. de an. & Capell. lib. 2. n. 10. n. 42. & 39. & 40. Crecent. dec. fin. de jur. patro. Caputaq. dec. 37. p. 2. Cort. dec. 377. in miscellaneis manuscr. Puteus dec. 484. Ricc. in prax. Eclesi. jur. pat. decis. 160. per tot. vide quæ nos supra num. 49.
- 180 Nam alias provisionem nullam esse ipso jure, pluries de arassa Rotam, testatur ipse, & debet in edicto terminus competens assignari, & peremptorius, ut in d. c. fin. ubi Doctores & Lambert. ubi proxime art. 21. Perez de Lara num. 44. & quod superius diximus, & ita non esse de forma provisionis Parochialium ex decreto Trident. sess. 24. de reform. c. 18. procedit in beneficiis liberæ collationis, at hæc conclusio procedit in beneficiis quæ sunt juris patron. juxta ea quæ nos supra d. num. 49.
- 181 Et in tantum, quod quando sunt alii patroni certi, non sufficit citatio generalis per edictum, sed debent nominatim, & specialiter citari; alius institutio est nulla ipso jure, ut per idem c. fin. & doctores ibi dixerunt Perez de Lara ubi supra n. 42. & 43. quem sequitur Nic. Garc. de benef. 2. tom. p. c. 4. n. 8. ubi refert aliquas Ro-

tae decisiones. Item etiam affirmat Lambert. de jur. patro. lib. 2. p. 2. q. 6. art. 11. & 12. Secus autem in cæteris beneficiis merè collatis, & in collatione eorum, in 182 quibus nulla requiritur citatio, aut vocatio, etiam per edictum gloss. in d. si. de elect. in 6. verb. observari. Phil. Franc. in c. constituti 2. n. 12. de appell. Erub. ad Monach. in c. licet Episcop. de preben. in 6. n. 2. Sarter. in reg. de infirm. q. 18. Rot. dec. 309. n. 2. p. 2. divers. Flores de Men. præq. quest. 3. a. n. 54. vide quæ nos sursum numero 49. seqq. ubi limitavimus hanc doctrinam.

Unum tamen nota, quod licet hoc casu provisio, & 183 institutio sit nulla ipso jure non tamen ipsa presentatio, ut bene probat Aloyf. Ricc. in prax. Ecclesiast. juris patron. dec. 160. per totam.

Pariter ratio appellandi in promptu esse dicitur, de 184 sciente forma assignata in beneficiis simplicibus à Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 13. cum ait: Presentati seu electi, vel nominati à quibusvis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ nuntius ad quævis Ecclesiastica beneficia non instituantur, nec confirmantur; nec admittantur etiam prætextu jusjuris privilegii, seu consuetudinis, etiam ab immemoriali tempore præscriptæ nisi fuerint prius à locorum ordinariis examinati, idoneis reperti, & illius appellationis remedio, se tueri possit, cum minus examen subire tenetur: præsentatis tamen electis seu nominatis ab universitatibus, seu collegiis generalium studiorum exceptis, qui text. loquitur dumtaxat (ut vide) in electis, seu presentatis, aut nominatis ab Ecclesiasticis personis ad simplicia beneficia quibus assignatur forma, ponderatis verbis, ibi, nisi fuerint prius à locorum ordinariis examinati, & c. quia cum detur ordo formam inducit, quæ non servata, provisio nulla est Felin. in c. cum dilecti 187 de res. rip. nu. 6. versic. sextum signum. Brun. in tractatu de form. tit. quatenus censetur datum aliquid pro form. fol. 4. concl. 15. Cacher. dec. Pedem. 165. n. 14. cum Nevizan. conf. 87. n. 3. Mandol. regul. 24. q. 3. num. 188 9. & latè de hoc articulo quod examen hoc requiratur pro forma etiam in benefic. simplicibus patronatus mixti, vide Nicol. Garc. de benef. 9. p. c. 3. à princ. præcipue à n. 5. Ricc. in præct. Ecclesi. concursus ad Ec. 189 elefiam Paroch. dec. 4. 5. per totam, ubi Rotæ decisionem refert, & quod etiam quilibet notoriè idoneus non excluditur, ibi n. 15. & quod præposterior inducat nullitatem, & appellationem permittat, vide latè Card. Tusc. 190 lit. P. in præct. conclus. 519. fol. 368. tom. 6. & attende d. Trid. decretum, ad fin. ut appellatio non obstat, quominus hujusmodi examen subire teneantur; hoc est, ad differentiam cap. 19. sess. 24. de reform. de quo supra, quod loquitur in Parochialibus, ubi requiritur hoc examen, & approbationem per concursum fieri, at hic in simplicibus simplex examinatio, & approbatio absque eo.

Et ex his inferre etiam poteris ad provisionem Canoniciatum Doctoralis, & Magistralis per concursum, publicumque examen faciendam, in qua quidem multa requiruntur, pro forma servari, juxta tenorem motus proprii Leonis X. & Bullæ Sixti IV. quas referunt Gonz. in regul. de men. gl. 9. §. 2. à nu. 4. Nicol. Garc. de benef. 5. p. c. 4. num. 169. inter quæ est prælatio juramenti corporaliter tactis evangelicis faciendâ ab electoribus, & quod vota præsentur secretò, quam 192 vis in aliis Capitularibus de jure hæc forma non requiratur, sed palam potest fieri, & per scrutinium, de quibus hinc inde plurima adducens optimè & per eundem Garciam ubi proxime à nu. 169. usque ad fin. ubi etiam an Capitularis, qui non adfuit lectionibus, & 193 & adibus oppositorum, possit votare, & sit nulla provisio, & an & quando possit quis votare per Procuratorem, & an procurator possit juramentum præstare, & alias plurimas quæstiones contingentes ex

- ex quibus redditur nulla horum Canoniciatum electio, latè optimèque examinat, ad quem occurrit, 194 quoties te necessitas compulerit. Sufficiet tamen dicere, ut in omnibus his casibus, quibus nullitas electionis appareat, vim fieri, & reponi, non deferendo interdictæ appellationi à Capitulo eligentis declarandum in supremis tribunalibus, aditis per viam violentiæ, & de forma tradita à jure, cæteris electionibus, cujus omisso nullam eam reddi; confuge ad integros titulos in decretalibus, & in 6. de electione, & peculiares etiam tractatos, quod mei non est.
- 195 Alia etiam multa, quæ ad provisionem beneficiorum tam curatorum, quam simplicium, quatenus non solum attingunt institutum, appoſimus supra 2. p. c. 13. à princ. & etiam in discursu operis; hic autem ea tantum scribuntur & adnotantur, quæ ob solemnitatis defectum, & formæ omissionem, nullas reddunt provisiones, easque faciunt appellabiles.
- 196 Et non solum omisso formæ oppositæ in provisione beneficiorum simplicium & curam animarum habentium (de quibus hæcenus) ipsam reddunt nullam, irritam, & inanem, & per consequens appellabilem, etiam si sui natura atenta appellationem non admittat, sed alio ex capite etiam potest argui nulla, nam cum duplici modo in beneficiorum provisione procedatur, alia extrajudicialiter, alia judicialiter; diximus latè supra p. 2. c. 13. per totum & ibidem latè etiam in Parochialibus procedi contingeri iudicio formato, à sententia appellationi non esse deferendum in simplicibus secus sit, quapropter quando judicialiter procedatur etiam in curatis, si aliqua nullitas attingens processum, & formam iudicii, notoriè scilicet per inspectionem actorum appareat quæ sententiam, seu actum nullum reddat quantumvis hoc ulque dicta forma servaretur, appellationi omnino esse utique deferendum sive (ut diximus) in simplicibus, five in curatis, cum omnis dispositio de mundo, de actu loquens, necessarîo de actu valido intelligenda est, juxta ea quæ latius adduximus superius à principio hujus capituli.
- 198 Et in similibus terminis facti quod de Bulla Pii V. dicitur, disponens, quod sententia transacta in rem judicatam mittatur executioni, nisi fit nulla ex defectu citationis, jurisdictionis, aut mandati, quia nihilominus si continet ex alio capite nullitatem puta, defectum terminorum substantialium, intelligitur etiam denegata executio, quamvis limitatè de illis tribus fuit locata dumtaxat, ut per Cassiad. dec. 8. de rescript. Rot. dec. 2. nu. 11. & seqq. eodem tit. in novis, Peregr. dec. 24. lib. 1. Marefc. variar. res. fol. 1. c. 87. n. 31. & 32. nam licet ex omissione terminorum, & aliorum substantialium non oriatur nullitas expressè comprehensa in d. Bull. Pontific. tamen ad impediendam executionem sufficit, quod aliquid amittatur de substantia iudicii. Egid. dec. 27. & Cassiad. dec. 2. de jud. Marefc. ubi proxime num. 32. ubi dicit etiam, quod Bullæ non tollunt nullitatem actuum provenientium ex forma (alias de jure requisita) non servata, juxta c. cum dilecti, de rescript. Felin. in c. quoniam, contra eolum, 5. vers. si tamen constitutum, & ita declarando bullam prædictam tenuisse Rot. in a. Roman. Salvia. interdic. 6. Novemb. 1598. coram Orano testatur Marefc. ubi proxime d. c. 87. sub num. 32.
- 199 Nam etiam aliquid statutum disponat, aliquam sententiam esse executioni mandandam, non obstantè appellatione, vel quolibet alio statuto, quia si opponatur nullitas resultans ex inobservantia formæ alterius statuti, talis nullitas, cum non censetur exclusâ, impedit executionem ipsius sententiæ, Joan. Andr. Paul. Castr. & alii tenent citati & sequenti à Ripa in l. 4. §. condemnatum. ff. de re judic. n. 13. Lancel. Robert. de attent. 2. c. 17. n. 50. & idèdè licet elegantè Philip. Franc. in c. dilecto num. 131. vers. quartus limit. etiam de appell.

quod forma tradita in procedendo ad sententiam, seu alios actus, prout citationes, & alias solemnitates processus in aliquo statuto, seu dispositione non intelligitur sublata nullitas proveniens ex capite alterius statuti, & per aliud statutum concedens executionem sententiæ non obstantè quolibet alio statuto, quoniam nihilominus si sententia reperitur lata, seu alia acta facta absque solemnitate, & forma prioris statuti; executioni non est mandanda, cum non sit verisimile, nec credendum, & hujusmodi solemnitates voluisse excludere, arg. l. ad ea ff. de condit. & demonstr. pro quo etiam gl. & DD. in c. cum eum qui, de restitutione spolia. Bar. in l. 1. §. parvi, ff. quod vi aut clam. probant, & docent Decius conf. 195. incipit studendo brevitati, ubi adducit varia consilia Joan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de sent. execut. §. postrem. in addit. in verbo, §. seqq. Paul. Castr. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud. loquitur hoc idem Ant. de But. Imol. & Felin. in c. ex parte 2. de off. deleg. quos refert sequitur Franc. Rip. in d. §. condemnatum, num. 13. & idèdè licet Concilium Trid. d. c. 18. sess. 24. de reform. dicat non obstantè appellatione, esse mandandam executioni provisionem Parochialis Ecclesiæ, & licet quando proceditur in aliis simplicibus extrajudicialiter, nihilominus quoties in omnibus procedatur judicialiter, etsi solemnitates iudicii serventur, nulla redditur sententia & provisio, ut & nos diximus supra in d. 2. p. c. 13.

Quod & ulterius fulcitur, nam dispositio, & privilegium, etiam quod sui natura ampliari debet, nunquam tamen ita ejus est faciendâ interpretatio, ut includat plures specialitates; ita notabiliter docet Bald. in l. si. l. c. in vers. & nota, quod beneficium sic est interpretandum, arg. l. si quando C. de inefficis. testam. quæ 205 si conceditur inhabili facultas testandi, non tamen idèdè ei censetur concessum, ut omittat solemnitates juris; quia essent duo specialiter ex d. l. si quando; quam doctrinam ad l. penult. ff. de constit. Princip. reddit & sequitur Ill. ibi n. 3. Natta conf. 363. stante n. 9. inter consilia Sylvani & sub ejus nomine, conf. 100. stante Marchionali, n. 70. Decius conf. 28. n. 20. Joan. Gutier. præq. civi. lib. 4. q. 1. n. 36. tom. 3. ergo licet Concilium Trid. noviter inducat privilegium executionis sententiæ in curatis, ita debet interpretari, ut serventur necessariae solemnitates, & validæ in eadem sententia à jure requiritur, ne duæ specialitates concurrant, juxta Cod. de dot. promiss.

Hinc ex variis causarum figuris in processibus, aliis 206 ve actibus iudicii nulla reddi potest sententia, siquidem in casibus, ubi necessaria est citatio, illa non adhibita nullum redditur iudicium, c. absens, c. absentia, c. caveant, c. omnia 3. q. 9. c. 1. de causa poss. & propriet. c. inter quatuor de major. & obed. l. ea qua, C. quomodo & quando jud. l. de unoquoque. ff. de re jud. Bald. in l. 1. col. 1. C. quomodo & quando jud. Felin. in c. ex p. c. 13. Bald. in l. 1. de off. deleg. Dec. conf. 63. v. i. p. unctio, col. pen. l. 4. Rom. sing. 674. Anchar. conf. 167. latè DD. in l. si. Cod. de restit. Afflic. dec. Neap. cap. 307. latè Felin. in c. cum olim, col. 9. de re jud. Lanfran. in clem. s. p. in vers. omnia citatio de verb. signif. exactissime multa in proposito cumulans Vantius de null. sent. ex def. citat. per totum, & alibi passim, quod vulgare est.

Illud tamen notabile, quod licet processerit citatio 207 in causa, tamen ex mutatione personarum, five iudicis, five partis, nova citatio decernenda est, ut in iudice remoto, & in ejus locum alius subrogetur, vel ipse aliquem delegaverit ad sententiam pronuntiandam, nova requiritur citatio; emanata à subrogato, seu successore, licet jam processerit, tenent gl. in l. contentancum verb. à quo C. quomodo & quando judex, ubi Bart. n. 11. Bald. n. 7. Salicet. n. 5. Felin. in c. quia V. n. 4. de iudicis in fin. cum aliis adductis per Ant. Gabriel. tit. de citatio. conclus. 1. num. 114. quod declara ut per Hieron.



Hieron. Gonz. in reg. de men. gl. 9. in anno n. 134. & seq. & per Pateum dec. 348. n. 1. & l. 1. Marefo. post alios var. resol. lib. 1. c. 31. a. n. 5. & 6. & nos in optimo casu 4. p. c. 1. n. 47. & iterum ead. p. c. 5. a. n. 8. Et loquendo in rectoribus ad probationes recipiendas, quae cum fieri non possint nisi citato adversario: tamen quando esset mutatus iudex, seu commissarius, aut subdelegatus, ut ab eo requiratur nova citatio, nec sufficit prima pro toto termino probatorio, Felin. in d. c. quia V. sub n. 4. in fi. de iud. Paul. Castren. in l. edictum, 55. n. 2. de iudicis, multi citati ab Ant. Gabr. ubi proxime. 208 Et in mutatione litigantis, ut si is moriatur, nova sit expedienda citatio quam certa est sequimur dicimus) cum relatione status causae, aliis processibus, & sententia erit nulla, tanquam absque citatione lata, probat text. in l. in oratione, ff. de feris, latè Peregrin. in tractatu de fideicom. art. 53. num. 30. Mart. in tractatu de iuris 4. p. centuria 1. cas. 33. n. 11. Valasc. in consulti. tom. consulti. 38. per totam, quam doctrinam nota, quoniam pauci ea, ut quae incognita, utuntur. 210 Sed ego vidi in hoc tribunali annullatam sententiam per idem latam, contra successorem eo non citato de novo, licet defunctus, cum quo lis coepta erat, citatus, & sic nova citatio expediti iustum fuit (quam certa est sequimur praedicti dicunt) informante charissimo, doctissimoque, & studioso magnique ingenii Domino Garcia Lopez Salgado de Sotelo fratre meo, hanc doctrinam adducente. 211 Item insanabilis defectus & nullitas illa reputatur quae ex defectu jurisdictionis provenit, tam delegate, quam ordinariae, de cuius natura, & qualitate plures, variaeque doctrinae in genere, & in specie (ut infinitos taceam) est videndus Vantius de nullit. sent. ex defectu iuris ordinariae & in tit. de nullit. sent. ex defectu iuris. 212 delict. Redditur etiam nulla ex defectu mandati, seu legitimationis personarum, circa quem articulum variis cumulat quæstiones ipse Vant. in eodem tractatu tit. de nullit. ex defectu in inhabilitatis, seu mandati comparationem, & unde ac quibus modis regulariter proven. per plus 176. numeros ac cod. tracl. in tit. de nullit. ex defectu processu, ac solemnitate & forma ipsius sententiae ubi multa practicabilia, & frequentia, utillaque adducit, 213 per 142. numeros, & ultra cum multae nullitatis annotationes ad processum, & causam beneficalem videntur fuit per Hier. Gonz. in reg. de mens. & altern. glof. 9. in amos. contra nullit. attent. in causis benef. a. num. 48. usque ad fin. 214 Pariter sententia est ipso iure nulla, si fuit lata in tam brevi tempore, & cum tanta festinatione, quod acta verisimiliter non poterant videri, Ill. in l. iudices num. 2. C. de iudicis, Feder. Senerius in tracl. de sentent. a. num. 3. Alexand. consil. 123. num. 24. lib. 4. optime & latè Vantius de nullit. c. penult. num. 32. & 33. exactè Ant. Gabr. tit. de sentent. concl. 6. num. 5. & 6. Achil. dec. 2. num. 4. de filiis presby. Put. dec. 344. lib. 1. Avil. in prator. c. 5. glof. verbo trabajo num. 8. & 9. qui post Gemin. & Domin. invehit adversus iudices ita precipitanter determinantes, de quibus praesumitur non adhibuisse causae cognitionem, & facit illud Apoll. Epist. ad Timoth. c. 5. Nemini cito manus imponas, c. 1. 24. d. c. fin. de elec. lib. 6. 216 Egitus hætenus de appellatione deferenda ab actu processu, sententia, provisione beneficiorum nulliter notorie apparentibus, ex defectu formae, seu ordinis interposita, cum ratio appellandi sit in promptu, etiam in iudicis aliis sui natura inappellabilibus: nunc videndum est verba vice de appellatione interjecta (nulliter tamen) ab eisdem actibus, sui natura aliis appellabilibus. Et illud pro conclusione propono, ut appellationi minus solemniter minusque legitime & ex defectu formae, vel aliis nulliter interjecta, etiam a sen-

tentia, seu actu appellationem permitte, [quoad utrumque effectum, iudex non deferens, vim non facit; sed licet ad sententiam executionem poterit devenire; ita notat Philip. Franc. in c. ut debitis honor n. 47. de appell. Guid. Papæ dec. 213. statum n. 6. idem dec. 436. in tit. de appell. n. 21. & idem in consil. 124. circa materiam n. 3. vers. ad secundum & in tr. de appell. n. 12. n. 8. Joan. Monach. in c. cupientes, 50. de electione in 6. Vital. in tr. de clausul. in clau. nihil nova. app. pend. n. 4. Vantius de nullit. sent. quando & intra quae tempora n. 48. & in tit. de nullit. ex defectu iur. ord. n. 142. Baldus consil. 367. ad evidentiam in prin. l. 1. Steph. Aufr. in dec. ad Capel. Tholos. fin. circa med. Socin. cons. 45. vers. sub n. 13. vers. 8. dubit. lib. 1. Natta consil. 606. approbo n. 3. lib. 3. Paris. consil. 108. de bono iur. n. 26. lib. 1. Rot. dec. 30. alias 190. quoad revocationem de app. in novis. Portoles Imol. in consil. 172. posterioris n. 4. Quod quidem accidere potest, vel quia fit interposita a non legitima persona, vel non debito, & assignato termino: vel quia non est interposita coram iudice, qui pronuntiavit: vel quia non fuit expressa legitima qualitas sententiae, & personae appellantis: vel quia non fuit pura, sed conditionalis, vel non fuerunt legitime petiti Apostoli: vel quia fuit appellatio generalis, ad omnes iudices: vel interjecta ad inferiorem: vel tandem quando in aliquo fuit omiſſa forma iuris, vel statuti loci, respectu iudicis ad quem, quas cum singulas nullitatis causas accurate, latè, & eleganter examinat & discutit Lancelot, Robert. tracl. de attent. 2. p. c. 12. limit. 50. per totam, merito hic omitto; prosequitur amplissime Sigismund. Scaccia tracl. de appell. in locis citatis infra n. 228. Et non illud, etenim non solum his modis dicitur nulla ut ei deferendum non sit, verum quando tacite, vel expresse pars appellationi proposita, aut proponenda renuntiavit, tacite si intra terminum a iure non provocaverit gravatus, qui regulariter currit a die sententiae; & de momento ad momentum, ut per Nicolaum Milium in verbo appellatio debet, fol. 11. eleganter decilio Capell. Tholof. 101. & per Franc. in c. ex ratione a. n. 2. cum seqq. de app. & in c. bona memoria n. 19. eod. tit. de communi testatur Alexand. seu potius consilium Patavium inter consilia Alexand. 87. incipit, nos Doctores, n. 11. lib. 6. Mynsinger. singul. observ. centuria 2. dec. 2. incipit decem dies, Doctores in aut. bodie, C. de app. & in c. biduum n. 2. q. 6. Paris. in add. ad Bar. in d. aut. bodie, hoc latè prosequens, multi relati a Joan. de Anania in consil. 93. viso processu, col. penult. vers. venio nunc ad investigandum. Tiraq. de utroque retr. §. 1. gl. 1. n. 20. Rot. dec. 30. alias 190. quoad revocationem de app. in novis, & dec. 2. alias 135. sufficit de concess. prob. in antiq. Mill. in verb. attent. post. app. per. vers. 16. fol. 30. Specul. in tit. de app. §. de off. col. ff. vers. idem quaritur, Franc. in c. 1. n. 11. de app. ab initio sunt utiles dies termini, & 220 quoad progressum continui, secundum gl. in c. concertatio in verb. succurrat de app. in l. 6. notat. per gl. & DD. omnes in c. biduum, 2. q. & in l. 6. biduum, ff. quando appell. sit. Felin. in c. equo ad consultationem n. 37. de re iud. Rot. dec. 2. alias 49. si ferretur in prin. de dolo & contum. in novis, & dec. 46. alias 500. si ferretur de app. in antiq. & quod ultra tempus proposita sit nulla, gl. in l. praesent. ff. de reg. iur. Franc. in tracl. de compr. q. 4. n. 89. Minsinger. singul. observ. cent. 3. dec. 1. 5. incipit circa appell. Quae doctrina non solum procedit in appellatione, & in appellationis ratificatione, quae intra dictum terminum fieri debet, Nicol. Mill. in reperi. verb. ratificatio vers. 2. fol. 378. Guid. Papæ in consil. 124. circa materiam sub num. 7. vers. ad sextum & post alios in tracl. de appell. quest. 76. Socin. cons. 45. visa appellatione sub n. 10. lib. 1. & facit regul. l. honorum, ff. rem ratam haberi, & quae inde cumulat Tiraq. in tracl. de utroque retr. §. si vero glof. 10. n. 85. Corneus consil. 92. visa col. 2. lib. 3. Lanc.

Lancel. de att. 2. p. c. 12. lim. 50. n. 53. & seqq. ubi etiam a n. 50. idem extendit ad additionem, 222 Currunt tamen hi dies a tempore scientiae, & notitiae, Rot. dec. 22. alias 137 appellatus de appell. in novis. Capic. dec. 139 per totam. Lanfr. dec. 135. quod etiam procedit, ut currat terminus etiam domino a die notitiae procuratoris, cum quo iudicium adum fuit, ut ipsi dicunt, quando scilicet Procurator non est solvendo, ut per Affiliatum dec. 345. fuit dubitatum n. 4. faciunt tradita a Nic. Mill. in reperi. verb. app. debet, fol. 11. Rot. dec. 16. alias 364. cum iura, de dolo & contum. in novis, & dec. 46. alias 499. nota si feratur, de appell. in antiq. de quo vide latè per Lancel. 2. p. c. 11. a. n. 9. cum seqq. 223 vide infra num. 228. remissive, quia ignorans semper dicitur esse intra terminum ad appellandum, ut declarat Bald. in cap. venientes num. 2. de iur. iur. Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. limit. 50. ubi per sequentes, quando & quomodo facienda condemnatio sententiae intimatio. 225 Unum est scire, quod quando non est facta legitime intimatio sententiae, licet quousque ad ejus notitiam non perveniat ejus tenor, semper reperitur intra terminum, & potest appellare quocumque intra decem dies a tempore sententiae computandos, & licet gesta intra decem dierum a tempore latae sententiae attentata sint ex supradictis Doctoribus, tamen gesta per iudicem, vel executorem post dictos decem dies, a tempore latae sententiae non revocabuntur remedio attentatorum, sed beneficio iustitiae, seu potius iniustitiae, & sic ut ita gesta, nec sint nulla ipso iure, probant Rot. dec. 18. incipit licet sic contumax, de app. in novis, alias 187. Mill. in reperi. in verb. attent. app. tempore fol. 29. Lanc. de attent. 2. part. c. 11. num. 13. ubi allegat Modernum in praxi Romanae Curiae lib. 8. c. 4. ut licet pendente, de attent. sub num. 9. vers. generaliter verò, idem etiam tenet Bertrach. in reperi. verbo app. quando n. 20. 226 ad prin. allegans dictam Rotæ decisionem & sic de tacita appellationis renuntiatione iuxta text. in l. 1. C. si lapsus in integ. restit. post. ubi appellare enim debuisti, si vobis sententia dupliciter: cum generale verum sit 227 in iure, ut qui terminum fuit ad aliquid praefixum, labi permittit, censetur renuntiare, & non potest nec agendo, nec excipiendo audiri, ut loquens de praescriptione termini ad docendum de nullitate, tradit Cephal. consil. 201. incipit, exilimo, n. 4. l. 2. & consil. 202. num. 18. eod. lib. 2. Lancel. 2. p. c. 20. lim. 19. n. 2. Vestrius in prax. Rom. cur. l. 8. c. 3. sub n. 17. Puteus dec. 7. sub rubr. de restit. in integr. Corneus consil. 111. licet videamus l. 1. faciunt Cassiad. dec. 4. in attent. n. 5. de dilatio. & idem Vestri. in prax. d. l. 8. c. 4. n. 21. & Moder. in amos. ad Reguid. n. 108. & n. 154. Cottan. dec. 100. qui profitentur hoc casu termino praefixo transacto posse ad executionem deveniri. 228 De omnibus supradictis, & aliis pluribus difficultatibus, an & quando post decem dies liceat appellare per ampliationes, & limitationes, latissime ac etiam doctè per Sigismund. Scacc. tr. de app. q. 11. per tot. quem vide, & de requisitis subalternatibus appellationis vide eundem quest. per totam, cum suis articulis, & quest. 5. cum seqq. 229 Et quando appellationi expresse renuntiat tam interjecta jam, puta; quando per transactionem, receditur a lite ad notata per DD. in l. postquam liti C. de pactis, Lancel. ubi supra d. c. 12. in prax. n. 19. & faciunt quae Milis in verb. liti finitur fol. 215. Craver. consil. 182. videtur, lib. 4. num. 1. DD. in l. si contra majores, C. de app. Anchara. consil. 16. viso. Paris. consil. 47. videtur n. 23. lib. 4. Thamis. dec. 5. incipit transactio quam proponenda, ut scilicet si pactum de non appellando fuerit factum, nam cum valeat isthaec renuntiatio, executionem sententiae non suspendit Guid. Pap. in tracl. de appell. quest. 106. Lancel. ubi proxime n. 20. vel quando fuit facta obli-

gatio de stando unica sententiae, quae conventio de iur. re valida reputatur, iuxta text. in l. si C. de temp. app. ut est decisio Rotæ 2. m. 287. licet appellatio, de renuntiat. in novis, nota Franc. in interposita, §. illa denique num. 2. de appell. Felin. in c. ex parte, e. 2. m. 6. de rescript. & in c. si diligenti n. 7. de for. com. et. Paris. consil. 34. n. 25. lib. 1. Et denique sciendum, quod appellatio ab actu, & 232 sententia nulla operetur suos effectus, sicut inconveniens consideratur nullam, ab actu nullo appellari, Franc. in c. dilecto, q. 7. de app. & post Joan. And. Innoc. & Hostiens. ibi; & Doctores in l. si expressum ff. de app. notat Vitall. in tracl. de clau. in clau. nihil novari & citatione pend. n. 15. Alexand. consil. 130. ponderat, ad fil. 3. & in l. 2. C. de bon. poss. contra 126. Lancelot. Robert. de attent. 2. part. c. 2. ampliat. 6. elle commuonem opinionem refert Raphael Cuma. in l. si expresse ff. 19. ff. de app. & relatio. quem refert Alex. consil. 59. viso titolo, sub n. 106. lib. 4. ubi de communi testatur, sequitur Brederod. tracl. de appell. p. 1. tit. 12. col. 38. sub lit. D. vers. contrarium, exactè de communi dicens Sigismund. Scacc. tr. de app. q. 17. lim. 19. n. 2. cum seqq. ubi contrariam opinionem 233 & fundamenta recenset quia iura tollunt necessitatem, non facultatem appellandi; nam quotiescumque nullitas non principaliter proponitur, sed per viam appellationis, executio & omnia ea pendente censetur attentata, & revocanda veniunt, quia assumit naturam ipsius appellationis, omniaque suspendit, ut per text. in c. exhibitio de iudicis, & c. super quasi in fi. de offic. delegat. concludit eleganter Franc. in d. c. dilecto 63. q. 9. n. 21. & 22. & in q. 10. sub n. 32. vers. ex his fecimus cum Bald. Cumā. in d. si expressum. Vant. de nullit. sent. tit. quot & quib. mod. nullit. propositi, num. 34. Guid. Papæ in tr. de appell. quest. 81. per totam. Nat. consil. 217. agronatis n. 4. lib. 1. Myning. singul. observ. cent. 2. d. 77. incipit: Verus. Neviz. consil. 41. n. 37. & seqq. Socin. post alios per eum consil. 10. insignis, sub num. 12. lib. 4. Gramati. consil. civil. consil. 165. Cov. in pracl. q. 24. sub n. 6. vers. ff. 4. & si verum omnino foret, usque ad h. Henri. consil. 31. clem. venerabilis, n. 8. & seqq. lib. 3. Brun. in tracl. de statu & consil. in verb. nullitas col. antepen. fol. 184. vers. 3. hoc idem patet. Bred. ubi supra 1. p. tit. 12. col. 42. in prin. & col. 43. liter. B. vers. 4. Scaccia ubi proxime n. 12. 13. (& a prin. plures huius appellationis ab actu nullo recent.) Vant. in tracl. de nullit. tit. quot & quib. mod. nullitas, & c. num. 34. vers. prout etiam fol. 380. Lancel. tr. de attent. 2. p. c. 17. sub n. 2. & n. 68. Caeslar Contard. in l. iuni, lim. 7. n. 53. vers. cautus & n. 54. C. de momen. poss. Covarr. pracl. q. c. 24. sub n. 7. vers. sed est verum, & iterum Scaccia de appellat. q. 19. rem. 1. concl. 4. n. 82. Hæc de nullitatibus sufficiens, pro nostra principalis regulæ & conclusionis (de qua ad prin. huius cap.) exemplis, alia infinita poteris videre, in omnibus huius tractatus capitibus, quibus propria specialiter adaptari fuit necesse. Ex quibus omnibus duas potes elicere conclusio- 234 nes: altera quod a sententia ex aliquo capite, seu causa notorie nulla, etiam sui natura privilegiata, & aliis inappellabili interjecta appellationi non deferens iudex Ecclesiasticus vim facit, cum hoc casu ratio appellandi sit in promptu, ex supradictis a prin. huius capituli. Secunda sit conclusio, ut etiam in causis sui natura 235 appellabilibus, seu aliis a sententia privilegia appellatiōni minus solemniter, alterve nulliter interpositae non deferens iudex violentiam nullam faciet; quae conclusiones, ut vidistis, procedunt sive in iudicialibus actibus, sive in extrajudicialibus, sive in diffinitivis, sive in interlocutoris. Quibus obiter adijunge, quod sententia lata contra 236 vel pro defuncto valet, quando procurator fuisse in vita item contestatus, & factus dominus litis, aut quando ipse mandator dominus satis dedisset de iudicato M m solvens



soivendo, dummodo sententia concipiatur in personam procuratoris. Gravata in addit. ad praxim Vestrii, l.4. c.4. in fi. n.41. post DD. in l.1. de junctis 15. ff. de proc. Bald. in l. nulla dubit. 23. C. eod. tit. Grat. discept. foren. 2. p. c. 243. n. 13. & 14. ubi post Ill. consil. 138. col. 2. ad med. n. 2. & per totum l. 4. intelligit, dummodo non finis 237 in domino, qui sine hærede decesserit, tunc enim nec poterit ferri sententia cum dicto procuratore & etiam in rem suam, & cessionario: & in causa quoque possessoris.

ordinavit, de quo vide quæ nos late supra l. p. c. 2. §. à principio. Et in terminis ita pluries declaravit Rot. Rom. ut in una Cordubæ. decimarum 14. Januarii anno 1594. coram Seraphino, & in alia Calagurita. oblationum 26. Maii 1590. coram Comitolo; & in Toletana decimarum de Sarre 16. Februarii coram Pamphil. & alias sæpius, ut testatur, Hier. Gonz. in d. l. regul. de mens. & alter. gl. 9. §. 1. in annot. n. 55. & est bona decisio Cæs. de Grall. 6. n. 6. de sent. & re jud. per Gonz. de Paz. in prax. 1. p. 10. l. 8. temp. ex n. 45. & tom. 2. c. 2. de citat. n. 14. qui per d. Rotæ decisiones fuit allegatus, quibus dicitur, quod examen testium de Hispania citatione, etiam unica pro toto termino probatorio præfixo, & postmodum prorogato, suffineatur ex Hispaniæ stylo, qui patitur aliquas limitationes, ut per Gonz. late supra, qui à n. 65. defendit styllum Hispaniæ, ut terminus probatorius sit 246 communis, & eodem tempore, reo atque actori currat, quidquid de stylo Rotæ servetur, ut prius, probet actor, postmodum autem reus, actoris probatione relevante; putat tamen ipse num. 69. quod si tribunalibus Ecclesiasticis reus ex aliqua iusta causa insisteret, quod non sibi præfigatur delatio ad probandum suas exceptiones, donec actor suam probet intentionem, obtineret, quod potest sustineri ex his quæ ipse à num. 65. Hinc etiam fluit, quod licet de jure, & Rotæ stylo 248 examen testium sit nullum ipso jure, factum notarium recusatum, ad quod sola suspicio absque causæ expressione cum juramento sufficit, ad illum removendum in totum. Gaill. præct. observ. lib. 1. observat. 33. n. 17. Mascard. consil. 1095. n. 32. Virginius de Boccac. tract. de liter. remiss. c. 6. n. 14. Staccia tr. de jud. causa. civil. & crim. lib. 2. c. 8. n. 919. & seqq. fol. 17. non tamen ei datur adjunctus, ut de ratione, & inconvenientibus adjuncti videndus Gonz. in regul. de mens. & alter. gloss. §. 1. in annotat. à n. 98. Tamen quia styllus Hispaniæ in causis ibidem adhuc 249 pendentibus aliud servat, nempe recusatum recepte & notario, re non integra, hoc est, postquam incepte negotium, non removetur in totum, sed adjunctus ei datur, ut ex l. 22. tit. de los rececos lib. 2. recopil. Greg. Lopez tit. 4. p. 3. in gl. magna. prope finem, allegans Joan. de Plat. in l. nulli. ad fin. C. de num. & aliar. Aviles in c. prator. c. 35. in gl. verbo remissa. n. 4. Paz. in prax. tom. 1. p. 1. temp. 10. n. 8. & in annot. de tabel. n. 42. A vend. de exequen. mand. 2. p. c. 15. n. 5. Azeved. in l. 1. tit. 10. n. 22. & in l. 1. n. 11. tit. 27. lib. 4. recopil. pariter dicitur styllus sustinetur, nec reprobat à Rota secundum Gom. ubi proxime num. 103. & seqq. ubi & rectè dicit, aliud esse dicendum in causis pendentibus in Rota, ad quas examinauntur testes in Hispania, vigore remissoria- lium Rotali; quia tunc notarius remissorialis recusatus sit in totum removendus, juxta Rotæ styllum quo casu loquitur decisio Rotæ 604. num. 10. & 2. p. 1. diversò. In aliis etiam casibus hic Hispaniæ styllus contrarius 250 Rotali, per eandem Rotam fuit admittus, testatur Caputaq. dec. 265. p. 3. fuisse decimum in una Calagurritana juris votandi 19. Januarii anno 1590. coram Orano, & in alia Calagurritana oblationum 26. Maii 1590. coram Comitolo testatur Gonz. ubi supra n. 115. Put. dec. 258. n. 3. lib. 11. Et in optimo alio casu sæpè hoc idem determinavit 252 Rota ut in una Burgen. residentie 30. Maii 1586. coram D. Plato & in alia Burgen. concedendæ licentiæ coram Orano de anno 1585. & in alia Concheni coram Blanchetto, & in Pamplon. Parochialibus. 13. Julii 1600. coram Pegna. ut testatur Gonzal. de mensibus & alter. gloss. 8. ff. in annotat. à n. 154. videndus num. 117. quibus resolutum fuit, quod licet de jure, & Rotæ stylo citatio ad sententiam ita sit necessaria, ut ejus omisso

omisso ipsam vitiet, & nullam reddat: tamen sententia de Hispania lata absque illa, non annullatur, ex eo quod de stylo Hispaniæ hæc citatio non requiritur; imò ibi conclusio in causa vim habeat citationis ad sententiam. Imò generaliter verum est, quod etiam ubi isthæc citatio ad sententiam requiritur, coneluso in causa post discussionem intimata utrique parti supplet omnino hujus citationis defectus; probant rationem reddentes mirabilem Gonz. ubi supra num. 154. (alias plures limitationes inferens) Vant. de null. for. à 107. Alex. consil. 225. ponderatis n. 22. vol. 6. Matth. de Afflict. decis. 238. incipit div. est n. 6. non tamen sufficit, si causa non esset formaliter & legitime conclusa, sed iudex dumtaxat mandare concludi, ut fuisse decisum in una Hispaniæ Capellanie coram Bubalo; & in d. decis. Burg. residentie 30. Maii 1586. coram illustrissimo Plato testatur Gonzal. ibi n. 156. Similiter etiam post executorialium expeditionem de Rotæ stylo intimaciones, & earum reproductiones, debent necessariò earum executionem precedere, quarum omisso illam reddi nullam ipso jure, & attentatam, quæ tamen cum de stylo Hispaniæ non requirantur earum omisso executionem non subvertent, declaravit Rota, prout & nos probavimus inferitis 4. p. c. 1. vers. at verò notandum est, &c. à n. 89.

CAPUT X.

De jure Regio patronatus, & an, & quibus casibus ab ordinario recusante instituere præsentatum per Catholicam Majestatem certante Regiæ Coronæ jus patronatus minime pertinere; & appellati interjectæ non deferendo, vis fiat?

SUMMARIUM.

- 1 Appellationis collatione beneficii spreto jure regio patronatus ommissa à presentato Catholicam Majestatem emisse si non deferatur, an vis fiat.
2 Collatio facta spreto jure patron. est nulla ipso jure.
3 Presentatio, electio & collatio sunt fructus juris presentandi, eligendi & conferendi. ibid.
4 Presentandi status & quasi possessio si non reperitur apud regiam majestatem, sed apud ordinarium, an jus patronatus contemptum dicatur.
5 In beneficalibus quoad collationem, presentationem, & electionem ultimus status & immediata quasi possessio attenditur.
6 Quasi possessio conferendi attenditur, non jus proprietatis.
7 Collatorem seu patronum esse aliud est, aliud verò jus presentandi, vel conferendi habere, quia illud respicit petitorium, istud possessivum.
8 Presentandi jus habet, ergo competit mihi jus patronatus, non est bonum argumentum.
9 Fundamenta specialissima multa urgent, quæ jus regium patronatus conservant, prescriptionemque ipsius beneficii impediunt, atque quasi possessionem inficiunt.
10 Regi Hispania competit jus patronatus in quibusdam beneficiis ex Bulla Adriani VI. Clementis VII. & Pauli III. maximorum Pontificum.
11 Bulla Adriani VI. verba referuntur, quæ jus patronatus in beneficiis consistorialibus Regi Hispaniarum competit.
12 Ex clausulis Bullæ Adriani (quæ enixam voluntatem Salgado de Protect. Reg.

demonstrat) clarè attendi earum naturam & proprietate excluditur quasi possessio & prescriptio contra Regem nostrum in beneficiis sui juris patronatus.
13 & 14 Prescriptio ut procedat in jure patronatus regio, duo requiruntur probanda, patientia, & scientia patroni, & animus liberandi Ecclesiam à jure patronatus.
15 Absque quasi possessione nulla prescriptio juris incorporalis pro eaere potest.
16 Quasi possessio in juribus incorporalibus queri non potest, nisi ex scientia & patientia adversarii.
17 Contra Regem nulla potest probari scientia & patientia, ut aliquis usurpet jus patronatus, cum potius tales Bulla in ejus derogatione reinventur in Hispania, ne illis uti queant impetrantes.
18 Scientia officialium in prescriptione contra Principem sufficit, ut illi præjudicet.
19 Scientiam officialium in prescriptione contra Principem sufficere qui teneantur.
20 Qui in hac controversia medium tenuerint opinionem,
21 Scientia officialium in prescriptione sufficit, nempe in iis quorum administratio spectat ad eisdem officiales, eaque ratione possunt revocari.
22 Juris patronatus regis administratio, & cognitio non pertinet ad officiales Regis, sed ad ipsam dumtaxat, ideo scientia officialium Regi nocere non potest in ejus juris patronatus prescriptione.
23 Scientia officialium non nocet Regi in ejus jure patronatus.
24 Clausula derogatoria in contrarium faciendorum (quibus utitur Bulla Adriani) inducunt protestationem defectus voluntatis in futurum.
25 Clausula derogatoria præcedens operatur defectum voluntatis in dispositionibus sequentibus.
26 Ea que sunt facti in principibus, ignorare præsumuntur.
27 Provisiones Apostolicæ non mutant statum beneficii juris patronatus, nec patronis nocent decernitis de suo jure patronatus.
28 Ordinarii provisiones non nocent patrono.
29 Status mutatio in beneficalibus in dubio non præsumitur.

- 30 Jus patronatus non admittitur per non ujum.
31 Beneficii status mutatio procederet per provisiones Pontificis ejus concurrente scientia, & voluntate.
32 Ad juris patronatus regii prescriptionem in utroque Principe spirituali & temporalis, de fidei intentione prescribendi & scientia, beneficium esse juris patronatus regii; nec de eo fit in supplicationibus mentio. Jus regii patronatus beneficium cum ignoret illius qualitatem, providet summus Pontifex in capite amplissima potestatis, ibid.
33 Possessio talis est, qualis demonstrat titulum præcedens.
34 Possidens ex una causa si sit infestus iens, non potest ad aliam redire, quia animus & opinio utentis attenditur.
35 Possessionis causam nemo mutare potest, nisi aliquo extrinsecus accedente.
36 Prescriptum tantum intelligitur, quantum possessum.
37 Prescriptio super re non extenditur ad accessoriam separabilia, quare prescripta visitatione, non intelligitur prescripta procurator.
38 Prescriptio non extenditur ad ea, quæ veniunt in antecedens, ut exemplificatur.
39 Prescribens institutionem non potest jure devoluta conferre.
40 Jure communi utens non prescribit.
41 Jure devoluta providens non officii patrono, nisi pro illa vice dumtaxat.
42 Patrono non currit tempus presentandi, nisi à die scientie, & notitie veræ, non interpretative.
43 Regibus Hispaniæ non currit tempus quadrimestre ad presentandum beneficia & Episcopatus sue Coronæ, etiamsi eorum officiales scient vacationem.